



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXX. De eo, qui furtivè Ordinem suscepit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

## TITULUS XXX.

*De eo, qui furtivè Ordinem suscepit.*

## SUMMARIUM.

1. *Quis dicatur furtivè Ordinatus.*
2. *Ejus pœna est Suspendio, non Irregularitas.*

**F**urtivè Ordinem suscipere dicitur, qui cōtra  
& sine licentia Episcopi se immiscet Ordina-  
mandis, & sic subreptitiè ordinatur, vel e-  
dem die sine debita licentia aut dispensatione cum  
Minoribus Subdiaconatum (ubi id consuetudo  
non permittit) vel duos Majores Ordines suscipit. *c. 1. 2. 3. h. t.*

2 Dico. Quamvis Ordo furtivè susceptus valeat,  
nisi Episcopus positivè & seridè nollet ordinare do-  
losè accedentes; quod non est præsumendum,  
licet forsitan potestaretur contra dolosè accedes-  
tes, propter gravia, quæ sequi possent, in commu-  
da: sic tamen Ordinatus ab exercitio Ordinis fur-  
tivè suscepti (non aliorum) pariter ipso facto est  
sensus, nec ascendere ad superiorem Ordinem  
potest sine dispensatione aut permissione, quasi  
iterum Episcopo dare concessum est, nisi prius  
sub excommunicatione prohibuisset Episcopus  
furtivum accessum. *can. fin. d. 24. c. 1. 2. 3. cit.*  
Si exerceret Ordinem furtivè susceptum in suspen-  
sione, tanquam violator Censuræ fieret irregula-  
ris. Disputant DD. an furtivè Ordinatus hoc ipso  
fiat irregularis, cum sine dispensatione nequeat  
ad



ad altiores Ordines promoveri. Mihi videtur, quòd non, quia nullibi est expressa irregularitas; quamvis ferè sit quæstio de nomine cùm ascensum ad alteriores Ordines impediatur etiam Suspendio, & aliæ Censuræ, non sola Irregularitas.

## TITULUS XXXI.

### *De Excessibus Prælatorum, & Subditorum.*

#### SUMMARIUM.

1. 2. *Quando Prælati contra subditos, & vicissim hi contra illos dicantur excedere.*
3. 4. *Quid statutum sit de Clausura Monialium, & Monasteriorum virorum.*

Sicut hucusque de variis delictis ferè Clericorum propriis actum est, ita hoc titulo taxantur quædam Prælati Ecclesiasticis erga subditos, & his erga Prælatos propria: vocantur *Excessus*, eò quòd per hujusmodi delicta excedantur limites à SS. Canonibus præfixi. In fine aliquid annectetur de Clausura Monasteriorum, quia alibi de ea tractandi occasio non fuit.

Dico I. Quamvis Prælati Ecclesiastici in subditos generaliter excedere dicantur, quotiescunque eos ultra limites suæ potestatis & jurisdictionis gravant: Subditi econtra erga suos Prælatos generaliter excedant tunc, quando eorum jurisdictione